Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rituale et processionale - Cod. Ettenheim-Münster 398

[S.l.], [16. Jahrh.]

Deinde dicatur miss d'oferito paris [...]

urn:nbn:de:bsz:31-134195

Visual Library

vos aqua benedicta

Deinde dicatur missa de osculo pacis et post missam legitur ewangelium In principio et cum sequenti benedictione et inclinetur ante altare coram presbytero post evangelium dicatur psalmus.

Beati omnes qui timent dominum.

Labores manuum tuarum quia manducabis.

Uxor tua sicut vitis habundans

Filii tui sicut novelle olivarum.

Ecce sic benedicetur homo.

Benedicat tibi dominus ex syon.

Et videas filios filiorum tuorum. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster

Salvum fac servum et ancillam tuam.

Gwin f.

Deus Mitte eis domine auxilium de sancto Et

Nichil proficiat inimicus in eis Et si

Esto eis domine turris fortitudinis. A facie

inimici. Domine exaudi. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui primos parentes

nostros adam et evam sua virtute creavit si-

atque benedictione sanctificavit et in sua societ

ate copulavit ipse vos sancti ✠ ficet et bene-

✠ dicat atque in societate vere dilectionis

vos coniungat amen Et qui ad preparandas

sare et thobie nuptias raphahelem angelum

suum misit ipse a supernis sedibus sanctum angelum

suum mittat qui vos in servitio suo conservet

viamque vite et veritatis ostendat et ab omni

malo perpetue defendat per christum dominum nostrum. Et qui
unigenitum filium dominum nostrum ihesum christum re-
demptorem mundi voluit de virgine nasci
qui sua presentia suoque miraculo nuptias conse-
cravit quando aquam in vinum convertit ipse vestris
nuptijs inter sit vosque sanctifi ✠ care
et bene ✠ dicere dignetur concedatque nobis
~~quieta~~ quietam vitam sanitate mentis et cor-
poris et gaudium procreationis sanctorum filiorum
et post finitas huius vite labores faciat
velociter ad consortium sanctorum angelorum pervenire
re Qui in trinitate perfecta vivis ac regnas deus.
Postea prebeat eis ad osculandum crucifixum
in libro missali.